

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome C.
Fasciculus 4.
Pagine {340}-{437}.

Proprium de sanctis.
Festi Martii.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIV.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2014.
Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2014.

¶ Sancti David episcopi et confessoris.¹

(j. Martii.)

ix. lectiones [fiant, cetera]² de communi : secundum usum Sarum. [791].

Alias.

Ad [primas] vespertas.

Ant. Justum dedúxit. In communi. [791].

Psalmi fariales.

Capitulum. Ecce sacérdos. In communi. [791].

R. Miles Christi. ix. in communi. [817].

Hymnus. Iste conféssor. In communi. [795].

V. Amávit. [800].

PEN:208v; 1531-S:32r.³

pen0260

Ant. VI.

Lo-ri- ó- se * pre-sul Chris- ti Da- vid

sú-sci- pe vo- ta ser-vó- rum tu- ó- rum : et pro

no-bis inter-cé-de ad Dómi-num. *Ps. Magníficat. 64**.

Oratio.

¶ Mnípotens sempitérne Deus
qui béato David confessóri tuo
atque pontífici, nondum nato locum
habitatiónis per sanctum ángelum
tuum mirabíliter providísti : concéde

nobis propícious, ut ejus méritis quem
venerámur in terris, tuo aspéctu
semper⁴ cum ipso perfruámur in celis.
Per Dóminum.

¶ *Ad matutinas.*

Lectio j.⁵

Eátus Patrícius natióne Británnus Románis discíplinis erúditus et virtútum méritis insignitus cum ab Itálie pártibus ubi diútinam moram tráxerat, in natále Británnie solum revérsus fuísset : tandem ad locum ámenum et sibi gratum qui vallis Rosína⁶ nominabátur pervénit. Consideránsque locum illum carpéndis contemplatiónis divíne fructibus, et multiplicándis justície frugum increméntis idóneum : mente státuit utríque vicíssim intendéndo vitam

actitáre. Tália ipso mente tractánte divínitus ei respónsum est : quod cuídam adhuc post annos triginta nascitúro, sedes hec predestináta est. Tu vero Hybérnie gentis apostolátu functúrus : ínsulam illam, fidei rudiméntis illustrábis. Sanctus ergo Patrícius jussióni divínes gratánter obtémperans, osténsa sibi céltus quasi in moménto totius illius ínsule dispositiōne : procurátis vie neces-sáriis Hybérniam ádiit, optátum sibi locum multo post nascitúro derelínquens.

Lectio secunda.

Déatus vero David nondum natus, sed in útero matérno conclúsus : egrégius predicátor futúrus, divínitus est osténsus. Cum enim magíster quidam Gildas nómine virtúte páriter et opinióne operéque preclárus, pópulum predicándo informáret, et mater beáti David adhuc pregnans ecclésiam intráret : Gildas súbito obmútuit et ultra predicáre non presúmpsit, donec ipsa fores ecclésie ad ejus rogátum exíret, et tunc íterum predicávit. Interrogátus autem a pópulo cur interrupta predicatione

obmutúerat⁷ respóndit, Ego commúni loquéla loqui pótui, predicáre autem non válui : quia múlier que jam rogáta exívit ecclésiam, ad demonstrándam sue prolis excelléntiam, dum vobis verbum Dei propónerem, monita céltus supervénit. Púerum enim paritúra est, qui majórem grátiam et potestátem habébit quam ego : qui étiam honóris privilégio sapiéntie fulgóre et sermónis facúndia, cunctos Británnie doctóres incomparabíliter antecéllet.

Lectio iij.

FVolútis ítaque juxta Sancti Spíritus oráculum annórum tríginta currículis : ex nobílibus génere, patre nómine Sancto, matre vero Nonvíta, progénitus puer sacri fontis regeneratióne, David appellátus est. Ipso enim nato et in lucem emísso : divína mirácula míname defecérunt. Nam cum baptizári debéret ab Elweo Menevénsi epíscopo redeúnte de Hibérrnia, ad ipsíus [32v.] baptísmi ministérium fons limpi-díssime aque súbito emanávit : qui nunquam ántea ibi visus fuit. Puer ígitur proficiens corporálibus increméntis, cóngruo témpore litterárum stúdio tráditus : infra

tempus módicum, omnes coetáneos suos litteratúra moribúsque precellébat. Adeo namque divína grátia perfúsus erat : ut ejus condiscípuli níveam colúmbam cum rostro áureo ipsum docéntem et commonefaciéntem multótiens se vidísse testaréntur. Vinum et síceram et omne quod inebriáre potest, réspuens et Christi precursórem laudábili emulatióne in hoc sicut in áliis multis imitári studens : acceptábilem Deo vitam in pane et aqua tantum prodúxit. Unde in Británnica lingua sua indígene ipsum Dei servum David aquáticum nuncupábant.⁸

Lectio iv.

FActa autem maturitatis etáte, exigéntibus sciéntie vitéque méritis ad sacros órdines gradátim provéctus : tandem officii sacerdotális hónore et dignitáte sublimátus est. Exínde perréxit ad Páulinum quondam sancti Germáni Antissiodorénsis epíscopi discípulum, virum Deo devótum : et excellénter in sacris lítteris erúditum. Cui divínis totáliter mancipátus officiis est associátus, et tam doctrínis ejus instrúctus⁹ quam exémplis informátus : devotíoni et lectiónibus inténtus,

mansit apud eum Deo sérviens¹⁰ multis annis. Cóngit autem quod magíster ejus Páulinus, tam etátis ingruéntia quam lachrimárum quibus abundábat affluéntia : visu pénitus privaréatur. Vocávit ergo discípulos suos singillátim, et de eórum sanctitáte confisus, ut óculos ejus tangerent et bendícerent rogávit : sperans se visum méritis innocéntum adipíisci. Quod cum factum fuisset, et nullum relévamen sentíret : David tandem discípulum suum vocávit et dixit ei, Consídera óculos meos :

multum enim crúciant me. Qui respóndens ait, Pater mi, ne precípias michi vultum tuum respícere : nam decem anni sunt ex quo tecum scriptúre óperam dedi, et adhuc fáciem tuam non vidi. Páulinus

verecúndiam ejus ádmirans, Exténde inquit manum tuam et tange óculos meos : et sanábor. Quod cum fecísset : contínuo visum recépit, et oculórum plenam sanitátem adéptus est.

Lectio v.

Compléto autem discipulátus sui decénvio, Páulino céltus intímatum est tempus esse : ut David commíssa sibi talénti Domíni ci pecúnia, in evangélico fervóre multiplicánda in médium prodúceret. Revérsus enim a stúdio, preter salutárem quam in pópulo doctrínam, tam vite célebris exémplis quam verbis exercébat : duódecim ámodum ce-nóbia in locis ex solitúdinis ydoneitáte

contemplatióni congruéntibus ex-strúxit. Eo étiam témpore, cálidos Bathónie fontes, pestiléntes et utilitáti inéptos humáne repértos, réddidit benedictiónis sue virtúte balnáreas : egritudinúmque diver-sarum¹¹ curatívos. Circa idem tempus cuídám regi Ergíngó nómine, visus benefícia quibus aliquándiu carúerat : invocáta Christi virtúte restaurávit.

Lectio sexta.

JUadam die cum vir sanctus Evangélio Johánnis scribéndo se dedísset : pulsáta campána horária, féstinus ad horam exíliit : ópere págine suas non compléto. Expléto vero hore illíus officio rédiens : relíctam págine sue scriptúram imperfécitam, invénit áureis lítteris angélico ministério consummátam. Super quo Conditóri suo réddita gratiárum actíone : quoad pótuit evéntum rei supréssit, et librum ab humána inspectíone clausum,

scriptúre nichil pénitus ammóvit, sátagens a se vane gloriatiónis occasióinem declináre et suppletiónis angélice dignitaté condígna reveréntie exhibitióne venerári. Non pótuit tamen res tam admiránde novitátis, a tot filiórū in ópera patris, causa informatiós crébrius intendéntium óculis universáliter abscondi : unde a plerísque miráculi cónsciis denunciáta pósteris libri dignitaté, idem et argénto intéxtus sed clausus pro sua voluntáte habétur

in magna veneratiōne peregrinis, et pátrie illius inquilinis nominatus Evangélium imperfēctum. Fratre étiam quodam fodiēdis in monte lapidibus óperam impendénte : servus quidam labóris sócius super ope-

ratiōnis remissiōne reprehēnsus, ligónem in viri vérticem, mólitus est intórquere. Quod sanctus David a longe¹² intúitus, objécta benedictiōne simul et ictum représsit et bráchium feríre molientis arefécit.

Lectio vij.

Procéssu témporis crescētibus [33r.] sancto patri David virtútum méritis, nocte quadam divinitus admónitus est, assúmptis secum itineris sóciis, Thelíao et Patérno sibi in crástino occúrsuris : mane Hierosólimam versus properare. Cui (licet de exequéndi mandati matura-tiōne stupefactus) benévolus tamen obedívit : et mane (vale dicto frátribus) iter arrípiens, óbviós hábuit itineris sócios, a Dómino sibi nomi-nátates. Quorum advéntu nocte cujus crástino civitátem sanctam erant in-gressúri, patriárche célitus intimáto :

ab ipso honorífice suscépti sunt. Cognita autem sancti David indústrie, sanctitatísque prerogatíva : ipsum ratiōnibus et auctoritáribus indúctum, immo vérius a Patre celésti tractum, et quasi coáctum, idem patriárcha perréxit ad epíscopi dignitátem. Decúrsu vero témporis aliquánti, patriárcha pontíficem una cum collégis suis, secum in partes oriéntis addúxit : ubi infidéles plúrimi et rebélles, eórum predicatione saluberrima, ab erróris pertinácia revocáti, doméstici fidei effécti sunt.

Lectio viiij.

Adépta tandem repatriándi licén-tia, a dicto patriárcha sanctus David et collége sui cum honore dimíssi sunt : preciósis onústi reliquiárum et ornátus ecclesiástici donatívis. Qui itinere próspero ad própria repedántes, Pelagiánam Britónis héresim respirásse et invaluísse reperérunt : que olim per

beátos Germánum Antissiodorénsem, et Lupum Trecacénsem epíscopos, elimináta fúerat et extíncta. Cujus quidem contagiósa scaturígo, oc-casióne dedit universálem totius Cámbrie sinódum convocándi. Ad quam cum beátus David, semel et secúndo vocátus, mínime veníret, eo quod grex sibi peculiáris preséntia sua

ádmodum indígeret : tandem per viros sanctos, Daniélem scilicet et Dubrícium solénniter accítus, ob illórum sanctitátem, et sancti sinódi reveréntiam, illuc usque properávit. In itínere autem, ad clamósos cujúsdam vídue super morte únici filii sui planctus, sanctus David pietáte caritatíva commótus : defúncti cor-

pus, irríguo lachrimárum in oratióne perfúndens, quasi a somno, ad usus vitáles expergefáciens, ipsum tandem redivívum matri restítuit. Sanctus vero David Evangélii textum quem ipse semper in péctore gestáre consuéverat : húmeris púeri redivívi secum ad sinódum portándum impósuit.¹³

Lectio ix.

In gréssu ígitur sancto David sinódum : predicáre pópulo fidem Christi, contra dictam héresim Pelagiánam : instánter rogátur. Ipso autem in terre planície predicationis officium ad animárum edificatiónen efficáciter exercénte, cuius húmero dextro, fertur colúmbam níveam toto predicationis témpore, visibíliter insedísse, ipsa planícies excrévit in cùmulum, ut vidéri posset, et ab ómnibus audíri : in quo loco, usque hódie manet ecclésia, in honóre ipsius sancti constrúcta. Sermóne vero compléto : tota heréses illíus obnubilátio operánte Spiritussáncti grátia, veritatis luce discússa, eventiláta est. Sanctus vero David,

non multo post, eligénte clero et acclamánte pópulo, ad archipresulátus dignitátem sublimátus est : prius eídem canónice cedénte beáto Dubrício. Imminénte vero die, quo sanctus David receptúrus erat denárium pro mercéde : ángelus Dómini cum clara voce alloquútus est eum dicens, Féria tértia in kaléndis Márcii Dóminus Jesus Christus, multa constipátus angelórum milítia : tibi óbviam est ventúrus. Sanctus vero celésti gáudio replétus, cum esset centum quadragínta septem fere annórum, sumptis devotíssime sacrámentis, kaléndis Márcii, Christo sibi apparénte, ániam sanctíssimam, suo réddidit Creatóri. Tu autem.

Cetera omnia de communi unius confessoris et pontificis. [801].

¶ *Sancti Cedde, episcopi et confessoris.*¹⁴

(ij. Martii.)

ix. *lectiones [cetera]*¹⁵ de communi secundum usum Sarum. [791].

Secundum vero usum Lichfeldensem.

Ad primas vespertas.

1531-S:33r.

1. Ant.



Ermanórum quátuor unus est

beátus Cedda quorum quílibet

erat consecrátus. *Ps.* Laudáte púeri. (*cxij.*) [313].

1531-S:33r.

2. Ant.



Ummo sacerdótio duo conse-

crántur : Presulátu símplici duo

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

venerántur. *Ps.* Laudáte Dóminum omnes. (*cixvj.*) [320].

1531-S:33r.

3. Ant.



Is ínerat númerus evangelis-

tárum : Per quos inde fieret horum

opus clarum. *Ps.* Lauda ánima mea. (*cxlvi.*) [354].

1531-S:33r.

4. Ant.



Mnes evangélium Christi predi-

cárunt : Et vepres a víneis ejus

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

extirpárunt. *Ps.* Laudáte Dóminum quóniam. (*cxlviij.*) [355].

1531-S:33r.

5. Ant.



Edda tantum céteris

erat preferéndus, Dignitáte mériti

major et censéndus. *Ps.* Lauda Hierúsalem. (*cxlviij.*) [356].

Capitulum. Ecce sacérdos. *in communi.* [791].

1531-S:33r.

Resp.



pastor digne míseris

concéde benígne. †Quod poscunt a

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

te confessor Cedda beate.

XV. Funde preces Christo

pro cetu júgiter isto. †Quod.


[XV.] Gloria [Patri et Fílio :

et Spirítui Sancto.] †Quod.

Hymnus. Iste confessor. *in communi.* [792].

XV. Amávit eum. [800].


Manuale-Rothmargi:4v; 1531-S:33v.¹⁶

Ant. VI. 


[33v.]  Is pro no-bis * sancte Cedda Ro-gámus ad Dó-

pen0345


Sancti Cedde episcopi et confessoris.



mi-num : Ut nos re-gat et perdú-cat Ad ce-li pa-lá-ti- um :



Ubi te-cum et cum sanctis Si-mus in perpé-tu- um.



Ps. Magníficat. 64.*

Vel.

1531-S:33v.

Ant.



Astor vigil gregis in médio

Sacri verbi munítur gládio,

Plantans mores expúlso vício :

Quo presénto grex est in gáudio,

Sed absénto caret solátio,

Cui favet ut pater fílio.

[*Ps. Magníficat.*] [360].

Oratio.

Deus qui sanctórum tuórum
méritis ecclésiam toto orbe
diffúsam decorásti, presta quésumus :
ut intercessióne beatíssimi Cedde
epíscopi [et confessoris],¹⁷ in sorte
justórum tua opitulánte pietáte
censeámur. Per [Dóminum].¹⁸

¶*Ad matutinas.*

1531-S:33v.

Invit.



N qua vigent júgiter solénnia.

†*Virgo mater júbilet ecclésia.*

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

Ps. Venite. [2].

Hymnus. Iste confessor. in communi. [793].

¶ *In primo nocturno.*

1531-S:33v.

1. Ant.



Undi calcans glóri-

am Cedda declinávit, Córporis las-

cíviam dum sese claustrávit. *Ps. Beátus vir qui. (j.) [12].*

1531-S:33v.

2. Ant.



Ugo se suppósuit Christi

quem diléxit : Qui tenéndam dócuit

viam quam diréxit. *Ps.* Quare fremuérunt gentes. (*ij.*) [12].

1531-S:33v.

3. Ant.



Uem cum vite sánctitas

ut lux se monstrávit : Eboráci civí-

tas archipresulávit. *Ps.* Dómine quid multiplicáti. (*ijj.*) [13].

V. Amávit eum. [800].

Lectio prima. Vide Bedam in Hystoria Anglorum, libro 3. capi. 28.

 Empóribus ígitur Oswini
Norhanhymbrórum regis, vir
Dómini Cedda in Lyndi-
farnénsi ínsula, in loco qui Lýstingay
dícitur, in monastério sancte Maríe :
monáchicam vitam, juxta sanctórum
patrum institutióñem agébat. Porro
Cudda Dei fámulo de hoc mundo ad

regna celéstia subláto : qui quintus
episcopátum Norhanhymbrórum ad-
ministrábat, Egfridus filius Oswini
regis, misit Wílfridum virum exímie
eruditiónis ac religiónis, ad regem
Galliárum, qui eum sibi suísque
consecrári fáceret epíscopum.

1. Resp.



Unc quem magnum reddit

auctóritas : Ceddam parvum facit

humílitas. †Cui nunquam

deest benígnitas.

¶. Non attóllit illum prospéritas :

Neque frangit quevis advérsitas.

†Cui nunquam.

Lectio ij.

Cunque adhuc Wilfridus in transmarinis pártibus demo raréatur : rex Oswinus misit Cántiam²⁰ Ceddam, virum sanctum, modéstum móribus, qui Eboracénsis ecclésie ordinaréatur epíscopus. Verum ille Cántiam²¹ pervéniens, invénit archiepíscopum Deúsdedit²² jam migrásse de século : et nec tum álum pro eo constitútum fuísse pontíficem.

Unde divértit ad provínciam Occidentálium Sáxonum, ubi erat Wyne epíscopus : et ab illo est vir prefátus consecrátus ántistes, assúmptis in societátem ordinatiónis duóbus de Brítонum epíscopis. Non enim erat tunc ullus excépto illo Wyne : in tota Británnia canónice ordinátus epíscopus.

1531-S:33v.

2. Resp.



Ic legáti verbo parúerat

Cedens sedi cui prefúerat.

†Clastrum petit et

non remúrmurat.

¶. Sed indignum se fore dixerat :

Tanta cura quam pretenuerat.

†Clastrum petit.

Lectio iiij.

¶ Onsecratus ergo in episcopum Cedula, maximam cepit ecclesiastice veritati et castitati curam impendere, humilitati, continentie, lectioni operam dare, oppida, rura, casas, vicos, castella propter evangelizandum, non equitando : sed apostolorum more, pedibus incedendo peragrare. Veniens postea Britanniam Wilfridus, jam episcopus factus : ad

ecclasiam suam, unde ordinandus disceresserat, rediit. Erat fere ipso Lib. 4. capitulo 1. et sequentibus tempore Rome monachus quidam nomine Theodorus, qui ordinatus est anno Domini incarnationis sexcentesimo sexagesimo octavo, a Vitaliano papa : atque ecclasiis Angelorum archiepiscopus missus. Tu autem.

1531-S:33v.

3. Resp.



E quo Deus ita dispousit

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

Merciorum quod inde préfuit

†Gregi regens hunc sicut décuit.

℣. Orans nocte de die dócuit :

Per quem Christi nomen innótuit.

†Gregi regens. ℣. Gloria Patri [et Fílio :

et Spirítui Sancto]. †Gregi regens.

¶ *In secundo nocturno.*

1531-S:33v.²³

4. Ant.



Ostes Agni sanguine [suos] tunc

linívit : Crucis memor Dómini carnem

dum punívit. *Ps.* Cum invocárem. (*iiij.*) [*i3*].

1531-S:33v.

5. Ant.



Ugnans contra vícia palmam

acquisívit : Armis nudam férreis carnem

dum vestívit. *Ps.* Verba mea. (*v.*) [*i4*].

1531-S:33v.

6. Ant.



Ui sic fontem frigidum

orans introivit : Et non corpus bálneo

cálido nutrívit. Ps. Dómine Dóminus noster. (*vij.*) [17].

¶. Justum dedúxit. [808].

Lectio iiiij.

Pervénit autem Theodórus ad ecclésiam suam in Británnia, secúndo postquam consecrátus est archiepíscopus anno, moxque péragrans totam ínsulam, et perlústrans univérsa : ordinávit in locis oportúnis epíscopos, et ea que minus perfécta réperit, hiis quoque adjuvántibus corrigébat. In quibus et Ceddam

epíscopum, cum argúeret non fuísse rite consecrátum : respóndens ipse voce humíllima ait, Si me inquit nosti [34r.] episcopátum non rite suscepísse : libénter ab officio discédo, quippe quia neque me unquam hoc esse dignum arbitrábar, sed obediéntie causa, jussus subíre hoc, quam vis indígnus consénsi.

1531-S:34r.

4. Resp.



Egem Christi qui sic tenúerat

Et tenéndam fore docúerat.

†Vite finem scire merúerat.

¶. Hinc quiéte certus transíerat :

Qui celésti regi servíerat.

†Vite.

Lectio v.

AT ille áudiens humilitátem respónsi ejus, dixit, Non episcopátus officium vel auctoritátem dimíttere debére : sed ipse ordinatióne ejus dénuo cathólica ratióne consummávit, dum Wilfrido tantum illius ecclésie, cui prior eo consecrátus fúerat, administratióne concéderet. Quod Cedula, ut erat vir mire

mansuetúdinis libentíssime concéssit : atque cum Eboracénsem ecclésiam tribus annis gloriosíssime rexísset, ad monastérium de Lístyngay, Deo famulatúrus secéssit. Intérea Merci-órum províncie rex Wúlferus préfuit : qui cum mórtuo Jarumánno, quarto illius províncie epíscopo, sibi suis quoque a Theodóro epíscopum dari

péteret : Theodórus non eis novum
vóluit ordinári epíscopum, sed
postulávit a rege Oswyno, ut illis
epíscopus Cedda daréatur. Qui tunc in
monastério suo : quod est in
Lístyngay quiétam vitam agébat.

Wilfrido administránte episcopátum
Eboracénsis ecclésie, necnon et
ómniū Norhanhymbrórum et
Pictórum, quoúsque rex Oswynus
impérium proténdere póterat.

1531-S:34r.

5. Resp.



Ostquam Cedde lux presens cláuditur :

Laus ipsíus a plebe cánitur.

†Hostes vincens hic non devíncitur.

XV. Vis unguénti dum pixis frángitur :

Cunctis patet nec plus abscónditur.

†Hostes.

Lectio vj.

CT quia mos erat eídem reverendíssimo antístiti Cedde, opus evangélii magis ambulándo per loca, quam equitándo perficere, jussit cum Theodóras ubicúnque lóngius iter instáret equitáre, multúmque reniténtem, stúdio et amóre pii labóris, ipse eum manu sua levávit in equum : quia nimírum sanctum eum esse virum cómerit, atque equo vehi quo esset necésse, cómpulit. Suscéptam itaque episcopátum gentis Merciórum, simul et Lindiffarnórum Cedula, juxta exémpla patrum

antiquórum, in magna vite perfectiōne, administráre curávit. Cui étiam Wúlferus rex donávit terram quinquagínta familiárum²⁴ ad construéndum monastérium in loco qui dicitur Berwe, id est in província Lyndései, in quo usque hódie, institúta ab ipso reguláris vite pémanent vestígia. Hábuit autem sedem episcopálem in loco qui dicitur Lichefeld,²⁵ in quo et defunctus ac sepúltus est : ubi usque hódie sequéntium quoque províncie illíus episcopórum sedes est. Tu autem.

1531-S:34r.

6. Resp.



Ccurréntes ad eum lánguidi

Mox curántur et epileptici.²⁶

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

Surdi ceci seu paralýtici.

V. Claudi curvi leprósi márcidi

Valent hujus virtúte médici.

Surdi ceci.

V. Glória Patri [et Fílio : et Spirítui

Sancto]. †Surdi ceci seu paralýtici.

I In iij. nocturno.

1531-S:34r.²⁷

7. Ant.



B habénis mórtui mortis

excitántur : Furiósi vínculis

confráctis sanántur. Ps. Dómine quis habitábit. (xiiij.) [23].

1531-S:34r.

8. Ant.



T curátis lánguidis dum con-

gratulántur : Suis a languóribus statim

liberántur. Ps. Dómine in virtúte. (xx.) [38].

9. Ant.



- que mixte púlvore

tumbas cum potántur Bibéntes a

váriis morbis expurgántur. *Ps.* Dómini est terra. (*xxij.*) [93].

V. Justus ut palma. [699].

Lectio septima.

PAm inter plura, continéntie, humilitatis, doctríne, oratiónum, voluntarie paupertatis, et ceterárum virtútum mérita, intántum erat timóri Dómini súbditus, intántum novissimórum suórum in ómnibus opéribus suis memor : quod si forte, eo legénte, vel áliud quid agénte, repénte fatus venti major assúrgeret, contínuo misericórdiam Dómini invocáret, et eam géneri humáno propiciári rogáret. Si autem violéntior aura insísteret, jam clauso códice procíderet in fáciem : atque

obníxius oratióni incúmberet. At si procélla aut nívibus perúrgeret, vel étiam choruscátiones ac tonítrua terram et áera terrérent : tunc véniens ad ecclésiam solícitis oratiónibus et psalmis donec serénitas áeris redíret, fixa mente vacáret. Cunque in- [34v.] terrogarétur a suis, quare hoc fáceret : respondébat, Non legístis, quia intónuit de celo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam, misit sagíttas suas et dissipávit eos : fúlgura multiplicávit et conturbávit eos ? Movet enim áera Dóminus, ventos

éxcitat, jaculátur fúlgura, de celo tonat, ut terrígenas ad timéndum se súscitet : ut corda eórum in memóriam futúri judícií révocet, ut supérbiám eórum díssipet, et contúrbet audáciám, redúcto ad mentem illo treméndo témpore, quando ipse celis ac terris ardéntibus, ventúrus est in núbibus, in potestáte et majestáte, ad judicándos vivos et mórtuos. Propter quod inquit,

opórtet nos admonitióni ejus celésti, débito cum timóre et amóre respóndere, ut quótiens áere commóto, manum quasi ad feriéndum mínitans eréxerit, mox implorémus ejus misericórdiam : et discússis penetrálibus cordis nostri atque expurgátis viciórum rudéribus, solíciti ne unquam percúti mereámur, agámus. Tu autem Dómine.

1531-S:34v.

7. Resp.



Ic in carne vivens angélice

Terram terit convérsans célice :

Christi legem servándo práctice.

†Plene quidem et non eclýptice.

¶ Unde Deus eum mirifice

Collocavit in orbis ápice.

†Plene quidem et non eclýptice.

Lectio octava.

Fecerat namque sibi mansiónem non longe ab ecclésia remotiorem, in qua cum paucis, id est septem vel octo frátribus quótiens a labóre et ministério verbi Dei vacábat, oráre ac légere solébat. Qui cum in illa província duóbus annis et dimídio, ecclésiam gloriosíssime rexísset : supervénit clades divínitus missa, que per mortem carnis, vivos ecclésie lápides, de terrénis sédibus ad edificium celéste transférret. Cumque plúrimis de ecclésia ejúsdem reverendíssimi antístitis de carne subtráctis, veníret hora ipsius, ut transíret de hoc mundo ad Dóminum : cóntigit die quadam ut ipse in prefáta mansíone cum uno fratre tantum, cui

vocábulum erat Oswynus, commorarétur, céteris ejus sóciis ad ecclésiam revérsis. Predíctus frater Oswynus,²⁸ qui erat monáchus magni mériti, audívit repénte vocem suavíssimam cantántium atque letántium de celo paulátim sibi appropinquáre : donec ad tectum oratórii in quo erat epíscopus perveníret. Quod ingréssa : totum implévit, atque in giro circündedit. Ac dénuo transácto quasi dimídie hore spácio : audívit de tecto ejúsdem oratórii idem letície cánticum, ipsa qua veniébat via reverti, usque ad celos cum ineffábili dulcédine. Cumque prefáti septem fratres, de ecclésia ad epíscopum revertíssent : primo admónuit eos, ut

virtútem dilectionis et pacis adinvicem, et ad omnes fidèles servárent. Instituta quoque reguláris vite, que vel ab ipso didicíssent, et in ipso vidíssent, vel in patrum precedéntium dictis vel factis inveníssent, indefessa instántia sequeréntur : deinde subjúnxit diem

sui óbitus jam próxime instáre, propter quod reverténtes ad ecclésiam, dícite frátribus ut meum éxitum Dómino comméndent : et suum quoque éxitum, cuius hora incérta est, vigíliis, oratiónibus, ac bonis opéribus preveníre memínerint. Tu autem Dómine.

1531-S:34v.

8. Resp.



Edde sancti contáctu lóculi :

Fantur muti, claréscunt óculi :

Quibus visis exultant pópuli.

†Christi legis tabéscunt émuli.

¶ Fama transit in fines séculi :

Quod sic florent divíni sérvuli.

†Christi.

Lectio ix.

Cumque fratres percépta ejus benedictióne jam multum tristes exíssent : rédiit solus ipse qui carmen celéste audíerat, et prostérnens se in terram, Obsécro te inquit pater licet te áliquid interrogáre ? Intérroga inquit quid vis. Obsécro pater ut dicas, quod erat cáanticum illud letántium quod audívi veniéntium de celis super oratórium hoc, et post tempus redeúntium ad celos ? Respóndit ille, Si vocem cárminis audísti, et celéstes superveníre cives cognovísti : precípio tibi in nómine Dómini, ne hoc cuíquam ante meum óbitum dicas. Révera autem angelórum fuére spíritus qui me ad celéstia que semper amábam ac desiderábam, prémia vocáre venérunt :

et post septem dies se redditúros, ac me secum adductúros esse promisérunt. Quod quidem, ut promíssum ei fúerat séptimo die postquam óbitum suum Domíni corporis et sanguinis perceptióne munívit : ópere complétum est. Obiit ígitur sanctus Ceda anno sexcentésimo septuagésimo ab incarnatione Dómini, sexto nonas Márcii, et sepultus est primo juxta ecclésiam sancte María Lichefeldénsem, sed póstmodum constrúcta est íbidem ecclésia beáti Petri, et in eádem sunt ejus ossa transláta : et in utróque loco, ad indícium virtútum ejus, solent crebra sanitátum fieri mirácula. Tu autem.

9. Resp.



Ie pastor et pater óvium

Merciórum gregis solátium :

Contra mundum carnem demónium.

[35r.]

†Assit nobis per te remédium.

¶ Ut finíto cursu preséntium :

Capiámus etérnum brávium. †Assit.

[¶] Glória Patri [et Fílio : et Spirítui

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

Sancto]. †Assit.

[*Ante laudes.*]

V. Ora pro nobis beáte Cedda.

[*R.* Ut digni efficiámur promissiónibus Christi].²⁹

¶ *In laudibus.*

1531-S:35r.

1. Ant.



Laustri clausus cárcere

Cedda monachátur : Ut diví-

nis lóbere vacans his

utátrur. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

1531-S:35r.

2. Ant.



Ujus fama cláruit quod

pontificátur : Lucérna que

látuit ne plus abscon-

dátor. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

1531-S:35r.

3. Ant.



Astor pavit pópulum

pabulo doctrínes : Reddens

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

receptáculum régule divíne.

Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].

1531-S:35r.

4. Ant.



Résulis officium Cedda

sic implévit : Quod cujúsque

vícium géneris delévit.

Ps. Benedícite. (Daniel iij.) [48].

1531-S:35r.

5. Ant.



Eviántes móribus oves

informávit : Persisténtes

áctibus sacris excitávit.

Ps. Laudáte. (cxlvij.) [49].

Capitulum. Ecce sacérdos. in communi. [791].

Hymnus. Jesu Redémptor. in communi. [820].

X. Justus germinábit. [829].

1531-S:35r.

Ant.



Resul pie sancte Cedda,

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

ora Deum pro nobis, Ne peccá-

tis aggraváti tradámur

supplíciis : Sed perfruámur in

celis perénnibus gáudiis.

Ps. Benedíctus. [56].

[*Vel.*]

1531-S:35r.

Ant.



Astor pie pro tuis

Sancti Cedde episcopi et confessoris.

óvibus Ora Christum devótis

précibus, Ut solvántur a lupi

mórsibus, Et sint tecum in suis

sédibus. *Ps.* Benedíctus. [56].

Oratio. Deus qui sanctórum. *ut supra.* {351}.

¶ *Ad secundas vespertas.*

Ant. Claustrí. *j. de laudibus.* {371} .

Psalmi feriales.

Capitulum. Ecce sacérdos. *in communi.* [791].

R. Pie pastor. *ut supra.* {370}.

Hymnus. Jesu Redémptor. *in communi.* [822].

X. Justus germinábit. [829].

1531-S:35r.

Ant.



Ui mores dócuit purgándo

vícia, Talénta dúplicans cepit

duplícia De manu Dómini :

regnans in glória Quo nos

ascéndere det Christi grátia.

Ps. Magnificat. [360].

Oratio ut supra. {351}.

¶ *Sanctorum Perpetue et Felicitatis virginum et martyrum.*

(vij. Martii.)

Tres lectiones fiant.

Oratio.

DA nobis quésumus Dómine Deus noster sanctárum Perpétue et Felicitatis mártirum tuárum³⁰ palmas incessábili devotione

venerári : ut quas digna mente non pójssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

¶ *Ad matutinas.*

Invitatorium. Regem vírginum. *in communi.* [923].

Ps. [Veníte.]³¹ 35*.

Hymnus. Jesu coróna. *in communi.* [909].

[*Antiphone et*]³² *Psalmi de nocturno illius ferie.*

[*Si extra quadragesimam evenerit*]³³ ¶. Adducéntur. [933]. [*et c.*]³⁴

Lectio j.

FActa itaque persecutiōne sub Valériáno³⁵ et Galiéno imperatóribus, comprehénsi sunt venerábiles viri júvenes Sátyrus et Saturnínus duo fratres, Revocátus et Felícitas soror ejus, et Perpétua que erat de nóbili génere : et habébat patrem et matrem et duos fratres et filium ad mamíllam. Annórum enim erat illa duórum et vigínti : apud Affricam in civitate Tuburbitanórum.³⁶ Múnicius³⁷ procónsul dixit ad eos, Invictíssimi príncipes Valeriánus et Galiénus : jussérunt ut

diis sacrificétis. Sátyrus respóndit, Hoc non sumus factúri : Christiáni enim sumus. Procónsul jussit eos reclúdi in cárcerem. Síquidem hora erat prope tértia. Audiens vero pater Perpétue eam esse comprehénsam : cucúrrit ad cárcerem, et videns eam dixit, Quid hoc fecísti filia ? Dehonéstasti enim generatiōnem tuam. Nunquam enim de génere nostro áliquis missus est in cárcerem. Perpétua vero dixit ad eum, Pater ? At ille respóndit, Quid est filia ? Perpétua dixit, Ecce verbi grátia. Vides

vas jacens, aut fíctile aut cujúslibet
géneris ? Et ille respóndit, Vídeo.
Quid ad hec ? Perpétua dixit,
Nunquid áliud nomen habére potest
quam quod est ? At ille respóndit,
Non. Perpétua dixit, Sic nec ego
áliud nomen accípere possum : quam

quod sum Christiána. Tunc pater
eius áuditó hoc verbo : irruit super
eam, volens óculos suos erúere. Et
exclámans : confúsus egréssus est
foras. Tu autem Dómine miserére
[nostrí].

Lectio ij.

PRANTES vero, et sine cessatióne
preces ad Dóminum fundéntes,
cum essent multis diébus in cárcere,
quadam nocte videns visum sancta
Perpétua : ália die rétulit sanctis
commartyribus suis ita dicens, Vidi in
visa hac nocte scalam éream, mirábili
altitúdine usque ad celum. Et ita³⁸
erat angústa : ut non nisi unus per
eam ascéndere possit. Déxtera vero
leváque ínerant fixi cultri, et gládii
férrei : ut nullus circa se nisi ad celum
respícere posset. Sub ea vero jacébat
latens dracho tetérrimus ingénti
forma : ut pre metu ejus quivis
ascéndere formidáret. Vidi étiam
ascendéntem super eam Sátylum
usque ad sursum³⁹ : et respiciéntem
ad nos, et dicéntem, Ne vereámini
hunc drachónem qui jacet :

confortámini in grátia Christi.
Ascéndite et nolíte timére : ut
mecum partem habére póssitis. Vidi
étiam circa scalam, ortum ingéntem [35v.]
copiosíssimum et ámenum : et in
médio orto sedéntem senem in hábitu
pastoráli, et mulgéntem oves : et in
gyro ejus stantem multitúdinem
candidatórum. Et aspíciens ad nos :
vocávit ad se, et dedit nobis ómnibus
de fructu lactis. Et cum gustassémus :
turba candidatórum respóndit, Amen.
Et sic pre clamóre vocum sum
expergefácta. At illi vero cum hec
audíssent : grátias agéntes Dómino,
cognovérunt se ex revelatióne
beatíssime Perpétue, ad martýrii
corónam dignos esse efféctos. Tu
autem.

Lectio iij.

VIDENS vero procónsul eórum
perseverántium, data senténtia,
Sátylum, Saturnínus et Revocátum

flagéllis cesos, et Felicitátem et
Perpétuam ex alapás in cárcerem
récipi precépit : ut in Césaris natále⁴⁰

béstiis mitteréntur. Et cum essent in cárcere, íterum vidi visiónem beáta Perpétua : Egýptium quendam hórridum et nigrum jacéntem et volutántem se sub pédibus eórum. Retulítque sanctis frátribus et commartýribus suis. At illi intel-ligéntes grátias egérunt Dómino : qui prostráto inimíco humáni géreri, eos laude martýrii dignos habúerit. Conristántibus vero eis de Felicitáte quod esset pregnans in ménsibus octo : statuérunt unanímiter pro ea precem ad Dóminum fündere. Et dum orárent : súbito eníxa est vivum.⁴¹ Quidam de custódibus dixit ad eam, Quid factúra es cum véneris in amphiteátrum, que tálibus detíneris torméntis ? Felícitas respóndit, Hic ego crúcior : ibi vero pro me Dóminus patiétur. Facto ítaque die natális Césaris : concúrsus ingens fiébat pópuli in amphiteátrum ad spectáculum eórum. Procedénte vero procónsule : eos ad amphiteátrum prodúci precépit. Eúntibus vero eis sequebátur et Felícitas, que ex sanguine carnis ad sanguinem salútis

ducebátur : et de obstétrice ad gládium, et de lavatióne post partum bálnei, sanguinis effusíone mérit delavári. Acclamánte vero turba : pósiti sunt in médio amphiteátri nudi, ligátis post tergum máníbus. Et divérsis béstiis dimíssis, Sátyrus et Perpétua a leónibus sunt devoráti. Saturnínus vero ab ursis erútus : gládio est percússus. Revocáitus vero et Felícitas : a leopárdis gloriósum agónem implevérunt. Horum ergo famosissimórum et beatissimórum mártirum sanctíssimi fratres, qui passi sunt sub Valériano et Galiéno imperatóribus, apud Affricam in civitáte Tuburbanórum sub Munício⁴² procónsule, die nonárum Martiárum fidéliter memóriis communicántes, et actus eórum in ecclésie edificatióne legéntes : precántes Dei misericórdiam, ut oratióibus eórum et ómnium sanctórum nostri misereáatur, atque partícipes eórum efficere dignétur in glória et laude nóminis sui, quod est benedictum in sécula seculórum amen.

R. et cetera [omnia]⁴³ de communi plurimarum virginum. [922].

[¶ *Sancti Felicis episcopi et confessoris.*⁴⁴

(*viiij. Martii.*)

Oratio.

Deus qui máxime cleméntiam tuam osténdis dum indígnis grátiā tuam largíris : presta quésumus, ut qui nostris non

póssumus salvári méritis, sancti Felícis confessóris tui atque pontíficis semper adjuvémur suffrágiis. Per Dóminum nostrum.

Cetera de communi.]⁴⁵ [791].

¶ *Sancti Gregorii pape et doctoris.*

(xij. Martii.)

Duplex festum, ix. lectiones fiant.

Capitulum. Ecce sacérdos. in communi. [791].

Oratio.

Grus qui ánime fámuli tui
Gregórii etérne beatitúdinis
prémia contulísti : concéde propícios,
ut qui peccatórum nostrórum

póndere prémirur, ejus apud te
patrocíniis sublevémur. Per
Dóminum.

Cubique hoc festum contigerit : sub regula festi annunciationis beate Marie
celebretur sicut ibidem subnotatum est : ita tamen quod si in sabbato proximo ante
quadragesimam hoc festum evenerit ibidem celebretur, et secunde vespere erunt de festo, et
solennis memoria de dominica. Completorium tamen tunc xl. non mutatur : sed post
primas vespertas dicatur completorium sicut in festo Sancte Trinitatis.

Ad matutinas.

Lectio prima. Vide Bedam in Hystoria Anglorum libro 2. capitulo 1.

Gregórius papa ínclytus urbe
Romána,⁴⁶ patre Gordiano,
matre vero Sílvia éditus :
non solum ex spectábili senatórum
prosápia : verum étiam religiosa,
oríginem duxit.⁴⁷ Nam Felix Románe
apóstolice sedis ántistes, vir magne
virtútis et ecclésie in Christo glória,⁴⁸
ejus áttavus fuit. Sed tamen hanc
Gregórius tante nobilitatis líneam
móribus éxtulit : probis áctibus

decorávit. Dénique ut post in
propátulo cláruit : non sine magno
preságio tale sórtitus est nomen.
Gregórius namque ex Greco elóquio,
in nostram linguam Vigilátor seu
Vigilans sonat. Révera étenim
vigilávit sibi : dum divinis inheréndo
precéptis laudabíliter vixit. Vigilávit
et fidélibus pópolis : dum doctríne [36r.]
affluéntis ingénio, eis quo trámite
celéstia scánderent patefécit.

Lectio ij.

Disciplinis vero liberálibus hic beátus vir ita a puerítia est institútus : ut quamvis hic eo témpore potíssimum florérent stúdia litterárum, nulli in hac urbe putarétur esse secúndus. Inerat enim ei in parva adhuc etáte matúrum jam stúdium, adherére scilicet dictis majórum, et si quid dignum potuísset áuditu percípere : non ségniter oblívioni

trádere, sed tenáci pótius memórie commendáre. Hauriebátque jam tunc sitibúndo doctríne fluénta péctore : que post congruénti témpore méllito gútture eructáret. Hic in annis adolescéntie, in quibus solet hujúsmodi etas séculi vias ingrédi, Deo cepit devótus exístere : et ad supérne vite pátriam, totis desidériis anheláre.

Lectio iij.

Cum autem diu conversatiónis grátiam différret, et, postquam celésti est afflátus desidério, seculári⁴⁹ hábitu cóntegi mélius putáret, vellétque presénti mundo quasi specieténus deservíre : cepérunt multa contra eum ex ejúsdem mundi cura succréscere, ut in eo non jam spécie, sed ut ipse asséruit retineréatur et mente. Tandem cum paréntum jam dúdum óbitu líberam disponendárum suárum rerum habéret facultátem : quod mente prius gestábat apéruit,

quodque in divínis erat obtútibus, humánis étiam vísibus osténdit. Mox étenim cuncta que habére pótuit, ad pietatis opus distríbuit : ut Christum pro nobis factum egénum, egens ipse sequerétur. Sex déniqe in Sicília monastéria cónstruens, fratres illic Christo servitúros aggregávit. Séptimum vero intra urbis Rome muros instítuit : in quo et ipse póstmodum regulári trámite multis sibi sociatis frátribus, sub abbátis império militávit.

Lectio iiij.

Supradictis autem monastériis beátus vir tantum de reddítibus prediórū delegávit : quantum posset illic commorántibus ad quotidiánum victum sufficere. Réliqua vero cum omni domus prédio véndidit : ac

paupéribus erogávit. Nobilitatémque illam quam ad séculum videbátur habére : totam ad nanciscéndam supérne glóriam dignitatis divína grátia largiénte convértit. Et qui ante sérico contéctus⁵⁰ ac gemmis

micántibus sólitus erat per urbem procédere trabeátus : post vili conténtus tégmíne, ministrábat pauper ipse paupéribus. Etenim mutáto repénte séculi hábitu monastérium pétiit : et ex mundi hujus naufrágio nudus evásit. In quo tanta

perfectiónis grátia cepit conversári : ut jam tunc in ipsis iniúsiis, perfectórum númeru posset deputári. Inerat déniue ei tanta abstínéntia in cibis, vigilántia in oratióibus, strenúitas in jejúniis : ut infirmáto stómacho vix consístere posset.

Lectio v.

Cernens autem Románus pónífex, virtútum grádibus Gregórium ad alta concéndere, eum abstráctum a monastério ecclesiástici órdinis offício sublimávit : levitámque séptimum ad suum adjutórium ascívit. Nec multo post pro respónsis ecclesiásticis ad urbem Constan-tinópolim diréxit. Qui quamvis in terréno conversaréatur palátio : non tamen vite celéstis intermísit propósitum. Secúti sunt namque

eum multi ex monastério fratres sui : quorum consórto non solum a terrénis est munítus incúrsibus, verumétiam ad celéstis vite exercítia magis magisque succénsus. In qua régia urbe pósitus, nascéntem ibi novam héresim de statu nostre resurrectiónis cum ipso quo exórtá est início ita attrívit : ut nullus exínde invéntus fúerit, qui ejus resuscitátor extíterit.

Lectio vj.

Igitur postquam Romam vene-rándus lévita regréssus est : aliquánto interjécto témpore, Pelágius urbis papa móritur. Sed quia ecclésia Dei sine rectóre esse non póterat : béatum Gregórium licet totis víribus reniténtem, plebs omnis élégit. Quem ille ápicem atténtius fúgere tentans : esse omníno se indígnum tali honóre clamitábat. Cumque fuge latíbula preparáret, urbi solicítude et

portis vigílie deputántur : donec glorióse ut ordo sacer expóscit, in eo divína múnia compleréntur. Tamen tríduo delítuit : donec post jejúnia et oratiónes pópuli, tértia nocte colúmna lucis super eum céltus emíssa, queréntibus votum optábile demon-strávit. Sed et quidam anachoríta contíguus urbi : ángelos ascendéntes et descendéntes per prefátam colúmnam super eum vidit. Qui mox

[36v.]

íbidem domus Dómini rectórem exclámat esse abscónditum. Tandem élactus Dómini invénitur, cápitur et ad beáti Petri apóstoli basílicam

dúcitur : ibíque ad pontificális grátie officium consecrátus, papa urbis efficítur.

Sine expositione.

Lectio septima.

Cum sanctus Gregórius ardénti stúdio pro colligéndis parti culátim fidélium animábus satágeret : donávit illi plus Dóminus, ut totam páriter Anglórūm gentem convérteret. Mox enim ut⁵¹ ipse pontificátus officio functus est, opus diu desiderátum perfécit : álios quidem predicátóres mittens, sed ipse predicationem ut fructificáret suis exhortatióibus et précibus fúlcens. Dénique diréxit ad eándam ínsulam servos Dei Mellítum, Augustínū, et

Johánnem, cum multis áliis Deum timéntibus monáchis : qui intra breve témporis spácium, regem illum qui in cápite ínsule morabátur, cum suo pôpulo convertérunt. Quibus Deus tantam faciendórum miraculóram grátiam cónculit : ut verbum fidei quod ore predicábant, signórum efficácia confirmárent. Unde factum est, ut paucis elabéntibus annis, étiam cétere ínsule ipsíus reges, cum his qui eis erant subjécti, ad Christi Dómini fidem accéderent.

Lectio viij.

Per hunc autem servum suum plura mirácula divína osténdit poténtia. Quedam autem⁵² mater famílias de manu ejus communi catúra, cum oblatiónis sue porti ónem sibi dari cognovísset : subrísit. Cujus cordis errórem sanctus intélligens : eándem porti ónem retinuit, et super altáre repósuit. Complétis autem mystériis : ut pro

hoc Dóminum pôpulus deprecaré tur admónuit. Deínde ab oratióne sur gens : cunctis inspiciéntibus partem dígití auriculáris sanguine cruentátam super altáre invénit. Qua virtúte cógnita, et éadem porti óne in prístinam formam íterum orándo convérsa : eándem mulíerem cum réliquis plúrimum in fide Dómini confirmávit. Tu.

Lectio ix.

Alio tempore quidam vir nobilissimus ad eundem sanctum pontificem pro sanctorum pignoribus⁵³ direxit. Cujus legatos sanctus apostolicus honorabiliter suscepit : et secum detinens, sanctorum quorum vir memoratus petebat reliquias : sepius missas celebrando memoriā egit. Deinde pannorum super quos celebraverat mystēria particulas in singulis bustis posuit, sigillōque sue sancte auctoritatis munivit : ac legatis trādidit. Cumque reverterentur, éadem apostólica sigilla infringentes : ac munera parvipendentes : statim Romam redire conténdunt. Quorum

presumptiōnem sanctus vir patiēter tulit, et orans Dóminum portiōnem panni super altare per médium secávit⁵⁴ : ex qua statim sanguis decūrrens, omnem eādem portiúnculam cruentavit. Deinde íterum signata admirantibus trādidit : ac letos ad propria remisit. Sancti autem hujus pontificis vita plūribus aliis signis et dictis effulsa : ejusque laudabile méritum semper accépit incremētum. Qui postquam sedem apostolice ecclésie annis quatuordecim rexit : ex hac luce subtráctus, ad etérnam est regni celéstis sedem translátus.

¶ *Ad laudes.*

Capitulum. Benedictiōnem. in communi. [820].

Cetera de communi unius confessoris et pontificis. [791].

¶ *Sancti Edwardi regis et martyris.*⁵⁵

(*xviiij. Martii.*)

Novem lectionum.

Oratio.

DEUS etérni triumphátor impérii,
famíliam tuam propícius rēspice
martyrium regis celebrántem Edwárdī,
et presta : ut sicut illum múnere

glorificáre dignáris celésti, ita nos ejus
obténtu etérne felicitati fácas
dignánter ascríbi. Per Dóminum.

¶ *Ad matutinas.*

Lectio j.

Sanctus Edwárdus in regni
sólio sublimátus, a Rege
regum Dómino in omni via
justicie et veritatis dirigebátur. Cujus
auxílio fretus : et magno⁵⁶ ánnimi
ingénio, et summa humilitáte índies
crescébat. Nam nótiter adépto
honore, mox⁵⁷ prístine probitati hec
suárum increménta virtútum accu-

mulávit, júvenum vidélicet et minus
sapiéntum consília postpónere :
Dúnstani archiprésulis móntis
mentem salúbriter inténdere, et
secúndum consílium ejus et aliórum
religiosórum spectabiliúmque viró-
rum, sua judícia in ómnibus exércere.
Tu autem.

Lectio ij.

[37r.] **P**aternárum traditiónum emu-
látor ferventíssimus effectus, et
tam in militári virtúte quam in
ecclesiásticis negóciis disponéndis,
devóte et strénuo inténtus, contra
hostes et male agéntos quadam
crudelitáte utebátur : pie vivéntes vero
et precípue in sacris constitútes

ordínibus, solerti cura (volúti a patre
piíssimo didícerat) ab omni in-
festatióne protegébat. Pretérea étiam
quendam quotídie consuetúdinis
ritum agébat, ínopes ádere, páuperes
recreáre, nudis vestiménta largíri, pro
magno útique⁵⁸ lucro ea cómputans :
que in tali ópere consumpsíset.

Lectio iij.

Tunc in Anglórum pôpulo magna éxitit jocúnditas, magna pacis constântia, magna rerum opuléntia : quóniam rex eórum tálibus in primo adhuc juventútis flore princípiis déditus, cunctis erat affabilis, castitáte laudábilis, fácie décorus et hýlaris, consílio et prudéntia probatíssimus. Sed totius bonitatis inimícus diábólus felícibus áctibus ejus ívidens, et ómnia regni

totius gáudia disturbáre cúpiens : novécam ejus Alfrít⁵⁹ in ódium ipsius cóncitat. Cujus mulíeris presumptuosa versútia quam sit execrabilis : ex evéntu rei fácile animadvérti potest. Nam invídie zelo succénsa, et divínis humána prepónens : cogitare cepit quáliter virum Dei a regno extirpáret, ut filius suus Etheldrédu, libérius in regno substituerétur.

Lectio quarta.⁶⁰

Talia ítaque ea diu in ánimo pertractánte, quibúsdam princípibus consiliáriis suis secréta cordis sui apériens, consílrium super hoc cum illis hábuit : orans et obtéstans, ut ei una assénum préberent, et quo órdine id fieri posset excogitárent. Qui prótinus in necem illíus omnes consensérunt : et ut hoc quantótius perficerent, fraudulénta machinatióne meditabántur. Quid multa ? Confirmando ut supra díximus venerábili viro in regno, cum jam tribus annis et

octo ménsibus sceptro hereditário potirétur : forte die quadam cum cánibus et equítibus venándi grátia in silvam accéssit, que juxta villam que dicitur Warham que ádmodum grandis tunc habebátur, sed mine rara tantum spíneta, nucúmque árbores, neglécto situ, campis late paténtibus ibi cernúntur. Ubi cum aliquándiu insísteret, reminiscens fratri sui adolescentis Etheldrédi, ad vidéndum illum ire dispósuit : quia eum puro et sincéro corde diligébat.

Lectio quinta.

Crat autem juxta eándem silvam domus novérce sue, in qua predíctus puer nutriebátur, in loco qui ab íncolis Corph nuncupátur, a villa memoráta tribus mílibus distans :

ubi nunc castrum satis célebre constrúcum est. Ad quam dum assúmpto pauco secum comitátu proficisciéretur, ecce súbito in médio vie spácio, homínibus illius ludéntium

more huc illúcque dispérsis et vagántibus : ipse absque ullo cómite remánsit. At ille ut erat solus ad domum illam (quia jam éminus eam aspiciébat) tanquam agnus mansue-tíssimus tendit, néminem verens aut pertiméscens : qui nec mínum quidem áliquem se offendísse recognoscébat. Qui dum approxi-máret : nunciátum est impiíssimse régine a minístris suis, illuc regem Edwárdum adveníre. Illa autem iníqua cogitátione et dolo, ad exémpla⁶¹ nequítie sue desidéria,

adipíisci se tempus ydóneum gaudens, óvia mox cum satellítibus iniquitátis tanquam de advéntu ejus con-grátulans, procédit : blande eum et amabíliter salútat, ad hospítium ívit. Qui rénuit : sed fratrem suum se vidére et allóqui velle denúnciat. Mox impiíssima régina ad ália se comménta transformans, jubet absque dilatióne sibi potum pro-pináre, scelus ex occúlto opériens, ut dum ille potum incáute degustáret : oportúnius quod cogitáret expléret.

*Lectio sexta.*⁶²

[37v.] **I**nterim unus étiam qui et ánimo audáctor, et in scélére major erat, facta dilectione (Jude tradítoris imitans factum) pacis ei libávit ósculum : ut vidélicet omnem sus-piciónenm áuferens, amorémque íntimum ei demónstrans, facílius suffocáret. Quod et factum est. Nam postquam póculum a pincérna suscípiens summo tenus ore tétingit, is qui ósculum sibi intúlerat ex advérso insíliens : cultélllo mox ejus víscera transfixit. Qui inflícto vúlnere cum páululum inde divertísset : de equo cui insíderat mox in terram ruit. Sicque carus Dei occúmbens, pro terrénis mutávit celéstia, pro coróna cadúca et momentánea : dyadéma

immarcescíble percépit etérne felicitátis. Actum est autem hoc anno incarnáti Verbi nongentésimo octo-gésimo primo (quod dictu nephás est) quadragesimáli témpore : scílicet quintodécimo kaléndas Aprílis. Quod ut crédimus ad cumulánda mílitis sui mérita, divína dispensátiō sic preordinávit : ut qui se ánnuo quadragesimáli jejúnio carnem suam macerándo, aliisque bonis opéribus inheréndo, secúndum laudábilem Christianórum ritum ad superventúram Domínice resurrectiōnis diem preparáverat : in bono fine consummátus, cum ipso fructu bonórum óperum in celésti cùria a Christo susciperétur, quia juxta

sententiam ipsius districti Júdicis, in
quo quisque fine deprehénsus fúerit, | in ipso dijadicándus erit.

*Tres ultime lectiones de expositione Evangelii, Si quis venit ad me. [702].
Cetera de communi unius martyris. [679].*

C Si hoc festum vel sancti Cuthberti vel sancti Benedicti infra passionem Domini
eviderit, reservetur festum usque ad translationem eorum et fiant ibi de eis novem
lectiones, et cetera.

¶ *Sancti Cuthberti episcopi et confessoris.*

(xx. Martii.)

Novem lectiones fiunt.

Oratio.

D Eus qui per inestimábile munus grátie tue sanctos tuos facis esse gloriósos, presta quésumus : ut interveniénte béato Cuthbérto

confessóre tuo atque pontífice, mereámur ad culmen virtútum pervenire. Per [Dóminum].⁶³

Lectio prima. Vide Bedam in Hystoria Anglorum, lib. 4. cap. 27.

B One índolis adoléscens Cuthbértus, cum adhuc esset in populári vita, gubernatríci fidélium grátie Christi plácuit : hoc eum órdine artióris propósiti subíre virtútem, et altióris prémii glóriam proméreri. Quadam nocte cum in remótis móntibus, commissórum sibi pecórum ágeret custódiam, et sóciis dormiéntibus pérvigil in oratióne duráret : vidiit súbito fusum de celo lumen médias noctis interrupísse ténebras, et ángelos Dei descendéntes et ascendéntes, et inter manus eórum ánimum sanctam quasi in globo ígneo

ad celum deférri. Quo viso, compúnctus est multum ad subeúndam grátiam exercítii spiritális, ac promeréndam felicitátem vite perénnis. Remque illam tam mi-rabilem, statim suscitátis pastóribus ut víderat indicávit : addens étiam esse ánimag alicújus sanctíssimi epíscopi aut altérius magne persóne, ut rei efféctus probávit. Nam mane facto : longe latéque audiérunt nunciári sanctum Lindifférnén sis⁶⁴ ecclésie antístitem Aidánum, éadem noctis hora qua ille visónem víderat de córpore assúmptum. Tu autem.

Lectio secunda.

POn multo post venerábilis Dómini servus relíctis séculi rebus monasteríalem próperat subíre disciplínam : ut pote celésti visióne ad appeténda perpétue gáudia bea-

titúdinis incitátus. Qua de re Máilros pétere máluit, jam fama prevéntus Boísili : sublímium virtútum monáchi et sacerdótis. Quo cum pervenísset et ad orándum ecclésiam ingréssus esset,

Boísilus ipse pre fóribus monastérii consístens : previdénsque in spíritu quante conversatióne futúrus esset quem cernébat : hoc unum astántibus dixit, Ecce servus Dei, regressúmque ab oratióne benígne suscépit : causámque sui itíneris exponéntem, benigníssime eum retínuuit. Erat enim prepósitus ejúsdem monastérii. Cunque post dies paucos revérsum

esset vir beáte recordatiónis Eata ipsius monastérii tunc presbyter et abbas, póstea Lindfernén sis ecclésie ántistes : indicávit et Boísilus de Cuthbérto : obtinuítque ut accépta tonsúra, fratrum jungerétur consórto. Quo facto : conféstim equálem céteris frátribus vitas reguláris observántiam tenére, vel étiam artiórís disciplíne stúdiis supergrédi curábat.

Lectio tertia.

Famulus Dómini Cuthbértus suscipiendórum officio prepósitus hóspitum éxiens primo mane ad hóspitum céllulam : quandam júvenem iníbi sedéntem invénit. Quem hóminem éstimans : sólito mox humanitátis more suscépit. Lavándis mánibus aquam dedit, pedes ipse ábluit, líntheo extérsit, fovéndos humíliter mánibus suo in sinu compósuit, et ut horam diéi tértiam [38r.] ad capiéndum cibum expectáret : noléntem renuentémque adjuratíone divíni nómínis áddita coégit. Explétus hore tértie précibus : vescéndi áderat tempus. Appósuit mensam : suméndas óbtulit escas. Cumque exísset ut panem cálidum

afférret : rédiens non invénit hós- pitem quem relíquerat edéntem. Explorábat vestígia quo iret⁶⁵ : sed nulla úspiam cernébat. Recens autem nix terram téixerat : que facíllime viántis iter pródere póterat. Stupefáctus vir Dómini : mensam repósuit in conclávi. Sed regréssus contínuo óbviam hábuit miri odoris fragrántiam. Circunspíciens unde esset orta : vidit juxta pósitos tres panes cálidos insóliti candóris et grátie. Pavénsque, Cerno ait quod ángelus Dei est quem suscépi : pásccere véniens non pasci. Itaque de osténsa miráculi virtúte compúnctus, majórem ex eo virtútum opéribus curam impendébat. Tu autem.

Lectio quarta.

Cum ergo venerábilis Dómini fámlus multos in Mailrosénsi

monastério degens annos multis virtútum spirituálium clarescéreret

signis tránstulit eum reverendíssimus abbas ipsíus Eata in monastérium quod in Lindifférnésium ínsula situm est : ut ibi quoque régulam monáchie perfectiónis et prepósiti auctoritaté docéret, et exémplo virtútis osténderet. Nam et ipsum locum tunc idem reverendíssimus pater : abbátis jure regébat. At postquam in eódem monastério multa annórum currícula explévit : tandem diu concúpita quésita ac pétita solitúdinis secréta, comitánte prefati

abbátis sui simul et fratrum grátia, multum letabúndus ádiit. Et in primis quidem solitárie vite rudiméntis ad quandam locum secéssit : qui in exterióribus ejus celle pártibus secrétior apparébat. Ac cum íbidem aliquándiu solitárius cum hoste invisíbili orándo ac jejunándo certáret, tandem majóra presúmens, remotiórem ab homínibus locum certáminis pétiit : ínsulam scílicet que Farne dícitur, médio in mari pósitam.

Lectio v.

Cum in Farne ínsula beátus Cuthbértus solitáriam ágeret sédulus vitam, congregáta synódo non parva, sub preséntia piíssimi ac Deo dilécti regis Egfridi, cui beáte memórie Theodóras archiepíscopus presidébat : unánimi ómnium consénsu ad episcopátum ecclésie Lindifférnésis eléctus est. Qui cum multis legátis ac legatáriis littoris ad se premíssis nequáquam suo loco posset érui : tandem rex ipse una cum sanctíssimo antístite Trunwsíno⁶⁶ : necnon et áliis quam plúrimis religiósis ac poténtibus viris, ad ínsulam navigávit. Génua flectunt omnes, adjúrant per Dómiuum, láchrymas fundunt, obsécrant : donec

ípsum quoque láchrymis plenum dulcibus extráhunt látebris,⁶⁷ atque ad synódum pertráhunt. Quo dum pervenísset : quamvis multum renítens, unánimi ómnium voluntáte superáatur, atque ad suscipiéndum episcopátus officium, se submíttere compéllitur. Quod suscéptum : juxta precéptum Dómini et apostólica exémpla, virtútum ornábat opéribus. Plebem namque sibi commíssam et oratióibus protegébat assíduis, et admonitióibus salubérrimis ad celéstia vocábat : et quod máxime doctórem juvat, ea que agénda docébat, ipse prius agéndo premonstrábat. Tu autem.

Lectio sexta.

QUODAM autem tempore dum sanctissimus gregis Domini pastorum sua lustrando ovilia circuiret: devenit in montana et agristica loca, ubi multi erant de circumpositis late villulis congregati, quibus manus erat imponenda, nec tamen in montibus ecclesia potuit inveniri, vel locus aptus qui pontificem cum suo comitatu susciperet. Tetendérunt ergo ei tentoria in via, et cesis de vicina silva ramusculis: sibi quique tabernacula ad manendum, qualia potuere fixerunt. Ubi dum confluenteribus ad se turbis vir Dei verbum bido predicaret, ac Spiritus Sancti gratiam nuper baptizatis in Christo per manus impositionem ministraret: ecce subito apparuerunt mulieres ferentes in grabato juvenem, longe egritudinis

acerbitate tabefactum. Ponentesque in exitu silve miserunt ad episcopum: rogantes ut ad accipientam benedictionem ad se hunc affери permitteret. Quem cum ad se perductum acerrime vexari consiperet: jussit omnes secedere longius, et ad solita orationis arma confugiens, data [38v.] benedictione pepulit pestem, quam sollita medicorum manus pigmentorum compositione nequiverat. Denique eadem hora surgens et accepto cibo confortatus: reddita Deo gratiarum actione, ad eas regressus est, que se portaverant feminas. Sicque factum est, ut que eum illuc tristes adduxerant languidum: cum eis inde gaudentibus et ipse sospes et letabundus domum rediret. Tu autem.

Lectio vii.

DUOBUS igitur annis in regimine episcopali transactis, sciens in spiritu vir Domini Cuthbertus appropinquare diem sui transitus: abjecit pondus cure pastoralis, atque ad dilectum heremiticę conversationis agonem quantotius remeare curavit, quanto inolita sibi sollicitudinis mundane⁶⁸ spineta liberior prisca compunctionis flamma consumaret. Qui cum duos ferme menses in

magna repetite sue quietis exultatione transigeret, multoque consuete districtonis rigore corpus mentemque constringeret: arruptus infirmitate subita, temporalis igne doloris, ad perpetue cepit beatitudinis gaudia properare.⁶⁹ Et tribus ebdomadibus continuis infirmitate decoctus, sic ad extrema pervenit. Siquidem quarta feria cecpit egrotare, et rursus quarta feria finita egritudine, exitum suum

Domíni ci cérporis et sanguinis communióne munívit : elevatísque óculis ac máníbus ad Deum,

comméndans ei ánimam suam emísit spíritum : sedénsque sine gémitu óbiit in viam patrum.

Lectio octava.

Post decéssum suum beátus Cuthbértus ad ínsulam Lindifférnésium a navigántibus delátus, toto córpore laváto, cápite sudário circúndato, obláta super pectus sanctum pósita, vestiménto sacerdotáli indútus, in óbviam Christo calciaméntis pedes preparátus, syndóne ceráta involútus, ánimam habens cum Christo gaudéntem et corpus incorruptíbile requiéscens et quasi dórmiens in sepúlchre lapídeo honorabíliter in basílica beáti Petri : ad déxteram altáris depósitus est. Sed nec defúncto ac tumuláto eo, signa sanitátum que vivens exercúerat : cessáre potuérunt. Nam puer quidam in território Lindifférnésium atrocíssimo demóne vexabátur : qui

neque per exorcísmi grátiam, nec ullo modo curári póterat. Quid multa ? Impósitus carro ad monastérium dedúcitur : ut per mérita beatórum mártirum quorum ínibi sunt relíquie sanétur.⁷⁰ Sed plácuit pietáti divíne : quanti mériti apud se beátus sit Cuthbértus osténdere. Nam quidam de presbýteris edóctus in spíritu tollens módicam humi partículam, ubi aquam nóverat fuisse effúsam, qua corpus beáti patris defúnctum fúerat lotum, in aquam misit : et ori patiéntis infúdit. Qui statim ut aquam áttigit, fúrere déstitut, caput et corpus totum reclinávit, plácido sopóre noctem transégit : et mane facto per mérita beáti patris liberátum se esse cognóvit. Tu autem.

Lectio nona.

Volens autem látius monstráre divína dispensátio quanta in glória vir sanctus étiam post mortem víveret, transáctis sepúlture ejus annis úndecim, immísit in ánímos fratrum ut tollerent ossa illíus, que (more mortuórum consúmpto jam et in púlverem redácto córpore relíquo)

sicca inveniénda putábant : atque in levi archa recóndita in eódem quidem loco, sed supra paviméntum digne veneratiónis grátia locárent. Quod dum Eadbérto antístiti suo reférrent : ánnuit consílio eórum, jussítque ut in die depositiónis ejus, id est tertiodécimo kalendárum Aprílium

hoc fácerent. Quod et fecérunt. Et aperiéntes sepúlchrum, invenérunt corpus totum quasi adhuc víveret íntegrum, et íntegris ártuum compágibus indissolútum, multo dormiénti quam mórtuo simílius : sed et vestiménta ómnia quibus indútus erat intemeráta. Quod ubi vidérunt fratres : nímio mox stupóre et timóre

sunt percúlsi. Extrémam tamen indumentórum ejus partem, ad ostendéndum incorruptiónis signum tulérunt, nam que carni illíus próxima áderant, prorsus tángere timébant : et involútum novo amíctu corpus levíque in theca recónditum super pavi-méntum sanctuárii composuérunt.

Cetera de communi unius confessoris et pontificis. [791].

¶ *Sancti Benedicti abbatis.*

(xxij. Martii.)

Festum novem lectionum.

Oratio.

BMnípotens sempiterne Deus qui hodiéra die carnis edúctum ergástulo, beatíssimum confessórum Benedíctum sublevásti ad celum : concéde quésumus, hec festa tuis fámulis celebrántibus,

cunctórum véniam delictórum,⁷¹ ut qui exultántibus ánimis ejus claritáte⁷² congáudent, ipso apud te intercedénte consociéntur et méritis. Per Dóminum.

Lectio j. Gregorii lib. 2. dialogorum, cap. i. et seq.

Guit vir vite venerábilis grátia Benedíctus et nómine : ab ipso puerítie sue témpore cor gerens seníle. Etátem quippe móribus tránsiens : nulli ánimum voluptáti dedit. Sed dum in hac vita adhuc esset quo temporáliter lóbere uti potuisset : despéxit jam quasi áridum mundum cum flore. Qui liberióri génere ex província Núrsie exórtus : Rome liberálibus litterárum stúdiis tráditus fúerat. Sed cum ex eis

multos ire per abrúpta viciórum cérneret : eum quem quasi in ingréssu mundi posúerat retráxit pedem, ne si quid de sciéntia ejus attíngeret, ipse quoque póstmodum in immáne precipítium totus iret. Despéctis itaque litterárum stúdiis, relícta domo, rebúsque patris, soli Deo placére cúpiens : sancte conversatiónis hábitum quesívit. Recéssit ígitur sciénter néscius : et sapiénter indóctus.

Lectio ij.

Hic itaque cum jam relíctis litterárum stúdiis pétere desérta decrevíset : nutrix que hunc ártius amábat sola secúta est. Cunque ad locum veníssent qui Enfidus⁷³ dícitur, multísque honestióribus viris charitáte se illic detinéntibus, in beáti Petri

ecclésia demoraréntur : predícta nutrix illíus ad purgándum tríticum a vícinis muliéribus prestári sibi capistérium pétit. Quod super mensam incáute derelíctum, casu accidénte confráctum est : sicque ut in duábus pártibus inveniréatur

divisum. Quod mox ut rediens nutrix illius invenit, vehementissime flere cepit : quia vas quod prestitum acciperat : fractum videbat. Benedictus autem religiosus et pius puer, cum nutricem suam flere conspiceret, ejus dolori compassus : ablatis secum utrisque fracti capistrii partibus sese cum lachrymis in orationem dedit. Qui ab oratione surgens, ita juxta se vas sanum repperit : ut in eo fracture inveniri vestigia nulla potuissent. Mox autem nutricem suam blande consolatus : ei sanum capistrium reddidit, quod fractum tulera.

nedictus itaque plus appetens mala mundi perpeti quam laudes, pro Deo laboribus fatigari quam vite hujus favoribus extolli, nutricem suam occulte fugiens, deserti loci secessum petuit : cui Sublacus vocabulum est. Quo cum fugiens pergeret : monachus quidam Romanus nomine hunc eum rempperit, quo tenderet inquisivit. Cujus cum desiderium cognovisset, et secretum tenuit, et adjutorium impendit : eique sancte conversacionis habitum tradidit, et inquantum licuit ministravit.

Lectio iij.

Vir autem Dei ad eundem locum perveniens, in artissimo specu tradidit : tribusque annis excepto Romano monacho, hominibus incognitus mansit. Cum vero jam omnipotens Deus et Romanum vellet a labore quietescere, et Benedicti vitam in exemplo hominibus demonstrare, ut posita super candelabrum lucerna claresceret, quantum omnibus qui in domo Dei sunt luceret : ceperunt jam multi mundum relinquere, atque ad ejus magisterium festinare. Preconio itaque eximie conversationis beati viri : celebre nomen ejus habebatur. Non longe autem monasterium fuit, cuius congregacionis pater defunctus est :

omnisque illa congregatio ad eundum venerabilem Benedictum venit, et magnis precibus ut ei preesse deberet, petuit. Qui diu negando distulit, suis illorumque fratum moribus convenire non posse predixit : sed victus quandoque precibus, assensum dedit. Cumque in eodem monastero regularis vite custodia teneretur, susceptique fratres sibi sub eo conspicerent illicita non licere, sicut pravis moribus semper gravis est vita bonorum : tractare de ejus morte aliqui conati sunt. Qui inito consilio : venenum vino miscuere. Cum autem vas vitreum in quo pestifer ille potus habebatur, recumbenti patri ad

[39v.] benedicéndum fuíset oblátum : Benedíctus exténsa manu signum crucis edídit, et vas quod lóngius tenebátur eódem signo rupit, ac si pro cruce lápidem dedísset. Intelléxit

prótinus vir Dei quia potum mortis habúerat, quod portáre non pótuit signum vite : atque ílico surréxit, et ad locum dilécte solitúdinis rédiit.

Lectio quarta.

Cum ergo vir sanctus in éadem solitúdine virtútibus signísque succréseret, multi in eódem loco ab eo ad omnipoténtis Dei sunt servítium congregáti : ita ut illic duódecim monastéria cum Jesu Christi Dómini adjutório constrúeret. Quodam autem témpore Servándus dyáconus atque abbas, ad beatum Benedíctum visitatiónis grátia venit,⁷⁴ quátenus sibi ívincem dúlcia vite verba transfunderent, et suávem cibum celéstis pátrie, quia adhuc perfécte gaudéndo non pótterant : saltem suspirándo gustárent. Cum vero hora

jam quiétis veníset, et vir Dei Benedíctus instans vigíliis noctúrne oratiónis témpora preveníset : ad fenéstram stans et omnipoténtem Dóminum déprecans, súbito⁷⁵ intempésta noctis hora, respíciens vidit fusam lucem désuper cunctas noctis ténebras effugásse, tantóque splendóre claréscere, ut diem vínceret lux illa que in ténebris radiáisset. In qua speculatióne omnis étiam mundus velut sub uno solis rádio colléctus : ante óculos ejus addúctus est. In Deo enim raptus : vidére sine difficultáte omne quod infra Deum est pótuit.

Lectio quinta.

Vir autem Dei venerábilis Benedíctus dum inténtam oculórum áciem in supradícto splendóre chorúsce lucis infigeret : vidi Germáni Capuáni ánimam in sphera⁷⁶ ígnea ab ángelis in celum ferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibére miráculi : Servándum dyáconum iteráto, bis terque ejus nómine cum clamórís magnitúdine

vocávit. Cumque ille fuíset insólito tanti viri clamóre turbátus, ascéndit, respéxit, partémque lucis jam exiguam vidi. Cui tanto obstupescénti míráculo : vir Dei per órdinem que fúerant gesta narrávit. Statímque in Cassínum castrum religíoso viro Theopróbo mandávit, ut ad Capuánam urbem sub éadem nocte transmítteret, et quid de Germáno

epíscopo agerétur, agnósceret et indicáret. Factúmque est. Et revereñdissimum virum Germánum epíscopum is qui missus fúerat jam

defúnctum répperit, et requírens subtíliter agnóvit eódem moménto fuísse illíus óbitum : quo vir Dei ejus cognóvit ascénum. Tu autem.

Lectio sexta.

Quidam autem rústicus, defúncti filii corpus in ulnis ferens, orbitátis luctu éstuans ad monastérium venit : Benedíctum patrem quesívit. Quem mox ut aspéxit : clamáre cepit, Redde filium meum : redde filium meum. Vir autem Dei in hac voce súbstítit dicens, Numquid ego filium tuum tibi ábstuli ? Cui ille resþondit, Mórtuus est : veni resúscita eum. Quod mox ut Dei fámulus audívit : valde contrastátus est dicens, Recéde frater recéde : hec nostra non sunt, sed sanctórum apostolórum. At ille quem nímius cogébat dolor, in sua petitióne pérstitit : jurans quod non recéderet, nisi ejus filium resuscitáret. Vir ergo Dei cum frátribus ad locum venit, et super corpúsculum infántis incúbuit : seseque érigens ad celum palmas teténdit dicens, Dómine non aspícias peccáta mea : sed fidem hujus hóminis qui resuscitári filium suum rogar : et redde in hoc corpúsculum ániam quam abstulísti. Vix in oratióne verba compléverat, et regrediénte ánima corpúsculum púeri omne contrémuit : et sub óculis

ómniū qui áderant vivus appáruit. Cujus manum ténuit : et eum patri vivéntem atque incólumem réddidit. Sancti autem viri soror Scholástica nómine, omnipoténti Dómino ab ipso infántie témpore dedicáta : ad eum semel per annum venire consuéverat. Ad quam⁷⁷ vir Dei non longe extra jánuam in possessióne monastérii descendébat. Quadam vero die venit ex more atque ad eam cum discípulis venerábilis ejus descéndit frater. Qui totum diem in Dei láudibus sacrísque collóquiis cum persequénti nocte ducéntes : per sacra spirituális vite⁷⁸ collóquia sese vicária relatióne satiavérunt. Cunque die áltero éadem venerábilis fémina ad cellam própriam recessísset : vir Dei ad monastérium rédiit. Tum ecce post tríduum in [40r.] cella consístens, elevátis in áera óculis : vidi ejúsdem sororis sue ániam de ejus córpore egréssam, in colúmbe spécie celi secréta penetráre. Qui tante ejus glórie congáudens : omnipoténti Deo in hymnis et láudibus grátias réddidit, ejúsque óbitum frátribus denunciávit. Quos

étiam prótinus misit ut ejus corpus ad monastérium deférrent : atque in sepúlchro quod sibi ipse preparáverat pónerent. Quo facto : cónsigit ut

quorum mens una semper in Deo fúerat, eórum quoque córpora nec sepúltura separáret.

Lectio septima.

Vir Dei Benedíctus rogátus a quodam fidéli viro : in ejus prédio monastérium constrúxit. Ad quod fratres dírigens ait, Ite et die illo ego véniam et osténdam vobis in quo loco oratórium, in quo refectórium, vel queque sunt necessária edificare debeatis. Nocte ígitur qua promíssus illucescébat dies : duóbus frátribus servus Dei in somnis appáruit, et loca síngula ubi quid edificare debuissent, subtíliter designávit. Cunque vir Dei constituto die mínime veníset : ad eum sine mora revérsi sunt dicéntes,

Expectávimus pater ut veníres sicut promíseras : et nobis osténderes ubi quid edificare deberémus : et non venísti. Quibus ipse dixit, Quare fratres ista dícitis ? Numquid utrísque vobis dormiéntibus non appárui, et loca síngula designávi ? Ite, et sicut per visiónem vidístis, omne habitáculum monastérii ita constrúite. Qui hec audiéntes vehe-ménter admiráti, et ad predíctum prédium revérsi sunt : et cuncta habitácula sicut ex revelatióne didícerant construxérunt. Tu autem.

Lectio viij.

CX his autem monastériis que vir Dei Benedíctus constrúxerat, tria in rúpibus montis erant sita : et valde erat frátribus laboriósus semper ad inferióra descéndere, ut aquam hauríre debuissent. Tunc fratres ad venerábilem patrem Benedíctum veniéntes : pro aque labóre conquéri cepérunt. Quos vir Dei blande consolátos dimísit, et nocte éadem cum parvo púero nómine Plácido, ejúsdem montis ascéndit rupem :

ibíque diutíssime orávit. Et oratióne compléta, tres petras in eódem loco pro signo pósuit : atque ad suum monastérium cunctis illic nesciéntibus rédiit. Post hec frátribus mandávit : ut eándem rupem ubi eásdem petras invenírent, in módico cavárent. Quod cum fratres fecíssent, statim aqua sufficiénter emanávit : que nunc usque ubértim défluit. Quidam quoque ejus monáchus, dum de loco quodam super ripam laci pósito vepres

abscínderet : ferrum de manúbrio prosíliens in lacum cecidit. Vir autem Dómini tulit manúbrium et misit in lacum : moxque ferrum de profundo rédiit et in manúbrium intrávit. Quidam étiam puer sancti viri et monáchus dum aquam hauríret, in lacum ceciit : moxque eum a terra unda intrórsum⁷⁹ ráput. Vir autem

Dei intra cellam pósitus, hoc prótinus agnóvit : et Maurum féstine pro púero misit. Maurus vero per terram se ire exístimans, super aquam cucúrrit : puerúmque per capíllos tenuit, rapidóque cursu rédiit. Qui mox ut terram tetígit, ad se revérsus quia super aquam cucurísset agnóvit.

Lectio nona.

Duidam autem präsbyter nómine Floréntius antíqui hostis malícia percúlsus, sancti viri stúdiis cepit emulári : ejúsque conversatióni dero-gáre. Mox autem vir Dei ejus ódia humíliter declinávit : sed hunc omnípotens Deus terribíliter per-cússit. Nam cum predíctus präsbyter stans in solário, Benedíctum discessísse cognósceret et exultáret, perduránte immobíliter tota domus fábrica, hoc ipsum in quo stabat solárium cecidit : et Benedícti hostem cónterens extínxit. Quod vir Dei cognóscens, in grávibus laméntis se dedit : ídeo máxime, quia inimícus occúbuit. Sanctus ergo iste in aqua ex petra prodúcta imitátus est Moysen : in ferro vero quod ex profundo rédiit, Helíseum : in aque itínere Petrum, in luctu autem mortis inimíci David. Omníum enim justórum spíritu plenus fuit. Eódem vero anno quo vir

Dei Benedíctus de hac vita erat exitúrus, quibúsdam discípulis secum conversántibus : quibúsdam longe manéntibus, sanctíssimi sui óbitus denunciávit diem : preséntibus indíicens, ut audíta per siléntium [40v.] tégerent, abséntibus indícans, quod⁸⁰ vel quale eis signum fieret, quando ejus áнима de córpore exíret. Ante sextum vero éxitus sui diem : aperíri sibi sepúlturam jubet. Qui mox corréptus fébribus : acri cepit ardóre fatigári. Cumque per dies síngulos languor ingravésceret, sexto die portári se in oratórium a discípulis fecit, ibique éxitum suum Domíni Córporis et Sánguinis perceptióne munívit, atque inter discipulórum manus imbecíllia membra susténtans, eréctis in celum máníbus stetit : et últimum spíritum inter verba oratiónis efflávit. Qua scílicet die duóbus de eo frátribus, uni in cella

commoránti, álteri autem lóngius pósito : revelátio uníus atque indissímilis visiónis appáruit. Vi-dérunt namque viam stratam pálliis⁸¹ atque innúmeris choruscántem lampádibus : que recto oriéntis trámite ab ejus cella in celum usque tendebátur. Cui venerándo hábitu vir désuper clarus assístens : cujus esset via quam cérnerent inquisívit. Illi autem se nescíre proféssi sunt.

Quibus ille ait, Hec est via : qua diléctus a Dómino Benedíctus celum ascéndit. Tunc itaque sancti viri óbitum sicut preséntes discípuli vidérunt : ita abséntes ex signo quod eis predíctum fúerat agnoverunt. Sepúltus vero est in oratório beáti Johánnis baptíste. Qui locus nunc usque si peténtium fides exigat : miráculis chorúscat. Tu autem Dómine.

Cetera de communi unius confessoris et abbatis. [839].

In annunciatione beate Marie virginis.



[1519-S:61r.]

¶ *In annunciatione beate Marie virginis.*⁸²

(xxv. Martii.)

Ad vesperas.

Super psalmos feriales antiphona.


AS:414; 1519-S:61r; 1531-S:40v.⁸³

4195. Ant. VIII.i.

Q - ri- é-tur * si-cut sol Salvá-tor mundi : et des-
céndet in ú-te-rum Vírgi-nis si-cut ymber su-per gramen.

In annunciatione beate Marie virginis.

In tempore paschali finiatur cum



gramen al-le-lú-ya. S. A. E.

[*Psalmi feriales.*]⁸⁴

Capitulum. Esaie vij. (14.)

Cce virgo concípiet et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel : butýrum et mel cómedet : ut sciat reprobáre malum et elígere bonum.

R. Christi virgo dilectíssima. ix. {427}.

[**C** Hic cantus sequens dicatur ad utrasque vespertas hujus festi, et in conceptione beate Marie, et in nativitate ejusdem ad primas vespertas tantum. In dominica vero in octavis et infra octavas ad utrasque vespertas super hunc hymnum.

C Et sciendum est quod hic hymnus sequens incipiatur ab omnibus rectoribus chori simul ad altare conversi quandocunque dicatur hymnus.]⁸⁵

HS:148v; 1519-S:61r; 1531-S:40v.


Hymn.

I.




8272.

- ve ma-ri-s stel-la, * De- i ma-ter alma : Atque



semper virgo, Fe-lix ce-li por-ta. 2. Sumens il-lud Ave,



Gabri- é-lis o-re : Funda nos in pa-ce, Mu-tans nomen E- ve.

In annunciatione beate Marie virginis.

The musical notation consists of seven staves of square neumes on four-line red staves. The neumes are black squares with diagonal strokes indicating pitch and duration. The music is divided into eight numbered sections by vertical bar lines. The lyrics are written below each section, aligned with the corresponding musical staff.

3. Solve vincla re- is, Pro-fer lumen ce- cis : Ma-la nostra
pel-le, Bo-na cuncta pos-ce. 4. Monstra te esse matrem,
Sumat per te pre-cem : Qui pro no-bis na-tus, Tu-lit esse
tu- us. 5. Virgo singu-lá-ris, Inter omnes mi- tis :
Nos culpis so-lú-tos, Mi-tes fac et cas-tos. 6. Vi-tam presta
pu-ram, I-ter pa-ra tu-tum : Ut vi-déntes Je-sum, Semper
colle-té-mur. 7. Sit laus De-o Pa-tri, Summo Christo
de-cus : Spi-rí-tu- i Sancto, Tri-nus honor u- nus. A-men.

In annunciatione beate Marie virginis.

[¶ Hic cantus sequens dicatur quotidie infra octavas beate Marie nisi in dominica dicetur et in commemoratione ejusdem per totum annum super hunc hymnum.]⁸⁶

HS-149v; 1519-S:61r; 1531-S:40v.⁸⁷

Hymn. IV. 8272.

- ve ma-ri- stel-la, * De- i ma-ter alma :

Atque semper vir-go, Fe- lix ce- li por-ta. 2. Su-mens

il-lud Ave, Gabri- é- lis o-re : Funda nos in pa-ce,

Mu-tans nomen E- e. 3. Sol-ve vincla re- is, Pro-fer

lu-men ce-cis : Ma-la nostra pel-le, Bo-na cuncta pos-ce.

4. Monstra te esse matrem, Sumat per te pre-cem : Qui pro

no-bis na-tus, Tu- lit es-se tu- us. 5. Vir- go singu- lá-ris,

In annunciatione beate Marie virginis.

Inter omnes mi-tis : Nos culpis so-lú-tos, Mi- tes fac et
cas-tos. 6. Vi- tam presta pu-ram, I-ter pa-ra tu-tum :
Ut vi-déntes Je-sum, Semper col-le- té-mur. 7. Sit laus
De-o Pa-tri, Summo Chris-to de-cus : Spi-ri-tu- i Sancto,
Tri-nus ho-nor u-nus. Amen.

X. Roráte celi désuper.

[R. Et nubes pluant justum : aperiátur terra et gérminet Salvatórem.]⁸⁸


AS:415; 1519-S:61v; 1531-S:40v.

3340. Ant.
IV.i.

Ngrés- sus * ánge-lus ad Ma- rí- am dix-it : A-ve
Ma- rí- a grá- ti- a ple-na Dó- mi-nus te- cum.

In annunciatione beate Marie virginis.

[*In tempore paschali finiatur sic.*]⁸⁹



cum al-le- lú- ya. Ps. Magníficat. 60*.

Oratio.

Deus qui de beáte Maríe
[semper]⁹⁰ vírginis útero
